

**S**axonie, ergo novas iterum exordire querelas,  
Qvæ nimio dudum pondere pressa jaces.  
Non tibi nunc aurum furioso à milite raptum,  
Non abducta procul gaza querenda venit.  
Amplior exsurgit flendi planctusque ciendi  
Materies, major nascitur ecce dolor.  
**CARPZOVII** ad tumulum lacrymans ac inœsta vocaris,  
CARPZOVII cineres jam coluisse juvet.  
Ille pius sancto mistus fervore resedit  
Zelus, & Eusebii culmina tanta ruunt.  
Pervigil illa tuæ nunc langvet cura salutis,  
Corda movere potens saxe, Suada filet,  
Grande sibi fulcrum hoc Ecclesia luget ademtum,  
Aula gemit, tacitè jam sua damna timens:  
Atqve ô! qvam stupet hoc casu sacer ille Senatus,  
Cujus pars pridem nobilis ipse fuit.  
Præsule quo verita hæreticorum est turba maligna  
Spargere doctrinæ semina prava suæ.  
Tantus amor veri, tamqve anxia cura tuendi,  
Qvicqvad Scripturæ pagina tradit, erat.  
Qvid loqvar hoc penitus prostratam fulmine tanto,  
Rorantemqve genas, exanimemqve domum?  
Qvidve tot attonitos dejectâ mente clientes,  
Qveis porrus noster præsidiumqve fuit?  
Illa qvidem frustâ lingvâ titubante Maritum,  
Et Fratrem ingeminans invocat, atqve Patrem,  
Hi spem succisam clamant, penitusqve sepultam,  
Et celeri mersum turbine perfugium.  
Ergo omnis qvod ploret habet, nec causa doloris  
Simplex. Qvæ talem secla futura ferent?  
**Tu DEUS** alme, dabis: Te supplice voce rogamus:  
Tu laceræ remanes anchora sola rati,  
Fallor? an & qvi jam sacris operatur iisdem  
**CARPZOVIUM** nobis nomine, dote, refert?

Honoribus Theologi de Ecclesiâ CHRISTI meritissimi,  
solatioqve lugentium scribebat

M. Joh. Gideon Gellius, ConR.

**H**Orrendam volvit furor ignis ad æthera nubem,  
Questa sat haud pridem lux decus atra suum.  
Perculit ignivomì fumans terrore Vesovi  
Sævities subito Zectæ Neapoleos.  
Luget & attonita est! Quis non stupefactus & ipse  
Hærebat, auditis que referendo tremas?  
Namqve die medio Cælum nox texit opaca  
Umbris, ominibus territa corda quatit,  
Flammifera ardentes cœpit fax condere vultus,  
Desperare diem letitiamque jubens.  
**Eheu!** Dresda! Tua ô si non concussa tremore  
Jam mage terrifico limina cuncta forent.  
Numinis horribiles misero, quo vivimus, anno  
Flamarum ardescens ejicit ira globos!

Lux